

Tractatus

Hic dividit relatiuū accidētis, nam aliquid est ydepritaris vt talis, et aliud est diuersitatis vt alter. In relatiuū accidētis ydepritaris ē quod refert eādem rem in specie cum suo antecedēte, et supponit pro eodem cum suo antecedēte, vt sores est albus et talis est plato. Relatiuū accidētis diuersitatis est quod refert eandē rem in specie cum suo antecedēte, et supponit pro alia re in specie, vt sores est albus et alteriusmodi est plato, vbi alteriusmodi est relatiuū accidētis diuersitatis et refert albedine, sed supponit pro alio colore ad albedine, scilicet blauio vel nigro. Et quia equalitas dicit unitatem quantitatis que est duplex, scilicet per formam eōmunitatis et discretionis, ideo per hoc subdistinguitur relatiuū accidētis ydepritaris dicens, quod quod dā est relatiuū quantitatis continue, vt tantus quantus, aliud quantitatis discrete vt quot tot. Relatiuū quantitatis discrete, aliud est nominale vt quot tot, aliud aduerbiale, vt rotiens quoties. Tunc finaliter ponit vnum notabile quod valet ad cognoscendū quod aliquid relatiuū superius posita vltra naturā relationis possunt esse demonstratiua, et reditua siue repositiua, et dicit quod ista relatiua talis qualis tantus quantus tot et totidem et sic de aliis habent triplicem naturam, quādoque enim sunt demonstratiua et hoc quādoque ipsa indicant rem presentem, vt talis ē paulus demonstratio iohanne, quādoque dicuntur respositiua, et hoc quādoque ponuntur post interrogationē, vt cum querit qualis est paulus, respondetur talis. Et quādoque sunt relatiua, et hoc quādoque per se ipsum absolutū sine demonstratione et interrogatione, preferuntur, vt qualis ē paulus talis est iohannes.

Querit Quō differunt alter aliter et aliud dicendū quod sic, quia aliud dicit diuersitatem in positionalē, vt alius pater alius filius alius spiritus sanctus. Sed alter dicit diuersitatem accidentalem, vt sores est albus et alter ē iohannes, et etiā idem potest esse alterū a seipso, vt sores sedens est alter a seipso stante. Sed aliud dicit diuersitatem essentialē, vt homo ē aliud ab alio.

Notandū Relatiuū ydepritaris siue substantie siue accidentis semper refert suū antecedēs in recto, vt sores est albus et talis ē plato. Sed relatiuū diuersitatis siue substantie siue accidentis refert suū antecedēs in obliquo, vt sores currit et alius a sorte disputat. Et pro ampliori noticia supponit terminos relatiuū notande sunt septē regule. Prima est, relatiua substantie ydepritaris nō reciproca eodem modo supponunt sicut sua antecedētia. Secunda, relatiuū reciprocuū quod refert terminū discretū habet eādem supponem cum ipso, quod tunc lo co relatiuū licet ponere suū antecedēs. Tercia, quod relatiuū reciprocuū refert terminū commune non vltimum sumptū eodem modo supponit, vt homo videt se. Quarta, quod relatiuū reciprocuū refert antecedēs vltimum sumptū tunc nō supponit sicut cum ipso, quod refert supposita singulari et nō diuinctim. Quinta, relatiuū substantie diuersitatis supponit pro alio. Sexta, relatiuū accidētis ydepritaris supponit pro eadem re in specie, scilicet accipitur pro eodem. Septima, relatiuū accidētis diuersitatis supponit pro alia re in specie. Exempla sufficienter patent in his quod dicta sunt. Et ratio de suppositionibus terminos relatiuū.

Ampliationū

Personalis suppositio ē acceptio termini comunis pro suis inferioribus. Cuius alia est determinata, alia confusa vt prius patuit

Iste est tercius tractatus per alios huius septimi tractatus Petri hispani in quo determinatur de ampliatione, et postea in quodam de restrictione, refertur diffinitione supponit personalis plus posita, et sicut diuisione subiungit aliam diuisionem propositio deservente, qua diuidentur in ampliatam et restrictam, dicitur quod suppositio personalis ē acceptio termini comunis pro suis inferioribus, cuius est alia determinata et alia confusa vt prius patuit. Et hic diffinitur supponem personalem ad denotandū quod ampliatio fundatur in suppone personalis, et non in alia supponit specie.

Querit Quare tractatur suppositionū per eadem tractatū ampliationū. Respondetur quod ideo, quod communiora et magis confusa sunt pota, sed suppo est passio comuniora et ampliatio, et sic. Maior patitur, quod immata ē nobis via procedenti a communioribus ad specialiora primo philosophico. Sed minor patitur, quod ampliatio hoc solum fieri circa vnam speciem supponit, scilicet circa supponem personalem sed suppo potest sub se multas species. Et bene sequitur hoc ampliat, ergo supponit sed nō eodem. Secundo, quod ampliatio in sua diffinitione assumit supponem, ne quod procedat ex ignotis primitiue supponit. Sed tractatus ampliationū procedit tractatū restrictionū, quod ampliatio ē perfectior, et restrictio, quod procedit. Tunc patet, quod ampliatio augmetur supponem et restrictio diminuit, sed augmentatio ducit rem ad perfectam quantitatem, et diminutio ducit rem ad imperfectam quantitatem, ideo patet ordo.

Querit Quid sit subiectū huius tractatus? Respondetur quod terminus ampliatibilis. Ratio, quod est quod communissimum in tractatu scientia considerari, cui passio presentis tractatus est subiectū istius tractatus. Nam passio istius tractatus ē ampliatio passiuā, quod hic Petrus hispanus determinat quod terminus ampliatibilis non quod ampliat, sed ista fundatur in termino ampliatibili. Et format sic definitio, quod quod extendit a minori suppone ad maiorem hoc ampliat, sed terminus ampliatibilis est huiusmodi, quod terminus ampliatibilis ampliat, ibi in conclusionē predicat, pro passio de suo subiecto in concreto, quod in abstracto de eo verificari non potest. Et nō potest terminus amplias esse subiectum, quod ampliatio de quod quod fundatur solum in suppositione personalis, sed terminus amplias non supponit personaliter, quod nō supponit cum sit adiectiuū vel linea theorema, quod patet quod principaliter hic determinatur de ampliatione passiuā quod dicitur termino ampliatibili.

Hic ponitur diuisione terminos ampliantium et nō ampliantium, ergo videtur quod terminus amplias sit subiectū. Respondetur quod terminus amplias accipitur dupliciter, vno modo absolute et per se, et sic nō considerat hic. Alio modo accipitur et habet ordinem ad terminū ampliatibile, et sic considerat hic, quod scientia nō solum considerat subiectū, sed etiā ea que habent ordinem ad subiectum et principia eius.